



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Didacus Gouea n. 37

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Phœnice, hæc inter alia scribit: Mira ergo Dei largitas lucem & sapientiam communicantis huic Doctore ostenditur modo, dilectio excedens erga sacram Societatis IESV Religionem elucet, cum tot tantoque filios sapientia, & literis præditos ei præstiterit, & inter illos hunc Thomam Sanchez Gigantem exhibere fuit dignatus. O maximè dilecta Deo Religio, intende, prosperè procede, & regna.

Est Religio
maxime di-
lecta Deo.

Pf. 44. 5.

Ecclesia
lumen;
Acies, cuius
nomen In-
feri hor-
rent, &c.

36. * A BARTHOL. XIMENEZ, qui in *Proverbiorum suorum Moralium Dedicatoriâ ad Collegium Imperiale Societatis Matritense*, Societatem Ecclesiæ lumen appellat, nec non & Aciem, cuius Nomen inferi horrent, tellus adorat, ac cæli reuerentur.

Soeij ani-
mos habent
multis
Indijs con-
uertendis
pares.

37. A DIDACO GOVEA Doctore Lusitano. Cognitum à Parisijs habuerat Ignatium ac socios, eorumque virtutem ac destinata vehementius probauerat, anxioque Regi Ioanni III. De Orientis conuersione, ac de subactarum illarum gentium salute cogitanti, vnde in eam rem operas expediret, Societatem indicauit, asserens, Nouum illud hominum genus altum quidem spirare, animosque afferre multis Indijs pares futuros. Ita apud P. Rho in sua varia Historia lib. 5. cap. 8. n. 8.

Ad Socie-
tatis com-
mendatione
integer
liber ne-
cessarius.

Pulchra
Eius de-
scriptio.

In omnes
Orbis par-
tes magno
fructu per-
uaserunt
filij.

Sunt viri
Apostolici,
zelo Dei
inflammati.

38. A IOAN. MARIA NOVARIO In sua lucerna Regularium fol. mibi 134. n. 1. loquens de Societate ait; Cuius Religionis encomia, si recitari vellent, non simplex pagella, sed integer liber esset necessarius &c. Et n. 13. subdit: In his præcipuè sita est Societas, legendo, concionando, disputando, proximum iuuando, tum inter fideles, tum inter infideles atatem absument. Pulchra sane Societatis descriptio.

39. A IULIO ROSCIO, Societatis (inquit) fructus tantus extitit in Religionem Christianam, vt pene nulla sit Orbis terrarum pars, ad quam non Ignatij nomen, vel alumnum eius vox viua peruaserit. Sic ille in vita doctissimi Nauarri.

A MAMBRINO ROSEO, Socios vocitante, viros doctos, inflammatos zelo Dei, atque immensa charitate, & viros Apostolicos. Ita ille Par. 3. Hist. lib. 3. ann. 1540.